

quidam Illustrissimus, ut inservirem usibus, specimine hoc curioso, Academiae LEOPOLDINÆ. Metuenda varia causatus sum iudicia, in dogmate hoc asserendo; cum, si ars Metallurgica modestè etiam tractetur, à malignitate tamen animorum, ignorantium inprimis, nullà gaudeat impunitate. Illius interim & tuo, CANDID. meritisime, debebam simul respondere desiderio. Tu, quas ab annis pluribus hausisti nobilissimas, à Patribus Academicis, doctrinas & in succum convertisti, exere in præsens! Theoriam nosti, praxin alius adjiciet. In commutanda salium & mineralium natura, unum maximè commendo tibi Virum Celeberr. Dn. JOH. KUNCKELIUM, à *Lewenstern*, Hæreditarium in *Prenden*; quem, propter rariores artes & experientiam Metallicam, Rex Sveciæ Augustissimus Nobilitatis & Consiliorum axiometate ornavit nuper: plura ille, quàm nos hîc adduximus, præstabit; atque digniora. Numen porrò apprecor propitium, & Patronorum constantissimum favorem!

PRÆSES.